

*Belus* Ozias annis LII, Regnum Assyriorum transfertur in Medos, quod à Beli principio steterat annis MCCC V. Et Olympias à Græcis instituitur.

Assyrij in Medos.  
Olympiades Græcorum.

*Ostias. Jobel. Esaias.* Ioatham annis XVI. Oseas, Iohel, Esaiasq; prophetant, et Romulus nascitur.

Regnum Medorum

*Romulus. Roma.* Ahas annis XVI. Roma conditur, et Israel in Medos trans fertur.

Ezechias annis XXIX. Romulus centum senatores insti tuit. Temporibus Romuli acciderat solis defectio, quam certa sui cursus ratione effectam imperita nesciens mul. titudo meritis Romuli tribuebat, quasi uero si luctus ille solis fuisset, non magis ideo credi deberet occisus, ipsumq; scelus auersione etiam diurni luminis indicatum, sicut reuera factum est, cum dominus crucifixus est crudelita te atque impietate Iudaorum, quam solis obscuracionem non ex Canonico siderum cursu accidisse, satis ostendit, quod tunc esset pascha Iudaorum. Nam plena luna solen niter agitur, Regularis autem solis defectio non nisi lunæ contingit exordia. Patet profecto, ut alij scriptores ad dunt, per subitam tempestatem, atque solis obscuratio nem cædis et facinoris eius secretum, iustum commi. ruisse interitum. In Christi uero morte ipsius solis de. fectû claruit elementi esse luctum, quo suo creatori me. rito habuit condolere.

☉ Eclip.

Pascha tempus.

*Numa. Sibylla.* Manasses annis LV. Numa duos menses adiecit, et Sy. bylla claruit.

*Tullus.* Amnon annis II. Tullius iure publico censum exegit.

*Thales.* Iosias XXXI. Thales Physicus claruit.

Ioachim annis XI. Huius anno III. Nabuchdonosor, qui VII. annis inter feras amens habitauit, coepit Iudæam.

Sedechias annis XI. Templum Ierosolymis incensum est. Sunt autem ab origine mundi usque ad terminum regni Iu. daici anni MCCC LXIII.

Iudaici regni finis.

Quinta ætas continet annos DLXXXIX. Hebræorum captiuitas annis LXX.

Quinta ætas.